



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii  
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,  
omnibusque conscientiæ nodis**

**Bonacina, Martino**

**Coloniæ Agrippinæ**

Mortis articulus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41152**

Moneta, vid. v. *Cambium*.

*Mora.*

Vid. v. *Debitum*.

Non tenetur quis ad interesse damni, aut lucri cessandi ante moram, si de eo non sit pactum Syl. *mora qu. 4.* Obligatus ex delicto, semper est in mora, qui autem sine delicto, non potest, aut difficilè potest, aut alioqui causa justa acci- tur, putant quidam non esse in mora, adeoque non teneri ad interesse ratione moræ, nisi ex pacto, vel appositione pæne conventionalis, tali tempore non resisteret, aut impotentia culpa ejus accidisset. Alii putant, qui non solvit tempore debito, etiam sine culpa in mora esse, quæ opinio Emman. Sa videtur mercatorum usu recepta. *Obligatus* Syl. *c. c. q. 1.*

Morosus non tenetur restituere, quando res apud domi- num peritura erat. Syl. *l. c. q. 4.* Fum, *vers. commodatum. n. 7.*

*Mortis articulus.*

Talis est, qui prudentis judicio videtur, & juxta quos- dam, cum quis febris continua laborat, aut est ætate contu- dus, aut iter facturum periculosum Syl. *vers. mors. n. 4.* Aug. *ibid. n. 6.* Nav. *in summ. c. 2. n. 8.* Nav. Syl. *confessio, t. n. 6.* Fum. *l. c. Suar. tom. 3. d. 69. sect. 3. col. 2.* articulum & periculum mor- tis pro eodem accipiunt, ut quis possit absolvi, Val. *tom. 4. d. 7. q. 19. p. 2.* cum Sot. *d. 18. q. 4. art.* alterum ab altero distin- guit, vid. *Absolutio.*

*Munera, Munerum largitio.*

Vid. v. *Religiosus.*

1. Clemens VIII. in Bulla XXVIII. quæ incipit *Religiosus*, ut votum paupertatis integrè servaretur, & bonis religio- num consuleretur, interdixit largitiones, seu donationes fieri, directè vel indirectè, in juncta tam largientibus, quam largitionem recipientibus, sive per se immediatè sive per alium, pæna unde sequitur, religiosum peccare contra Bullam